eius inuiſibilitatē: eo qd illi inuiſibilia nō percipiebant: ſe q̄re tur a fortiori qd nō debeat intelligi de ſpūco: q̄ incoꝝpaliter eſt magis inuiſibilis oculis corpalib: q̄ aer cū ſit penitus incoꝝporeus et imaterialis. **A**d hoc dicendū qd quātūcūq̄ populus ille rudis fuiſſet et in capax ſpūaliū: nihilomin⁹ neceſſe erat vt eis pponeret ſmo et ſupponeret quedā penit⁹ inuiſibilia: ſicut deū eſſe: qd ſine hoc inuanū inſtruerent de fide: ſm quam accedēt ad deū optet credere qd eſt: vt ad **Heb. xi. b.** **S**imiliter licet anima humana ſit inuiſibilis de ſui natura: t̄m propo nēduz erat eis deca: inq̄tum ſm illā p̄ncipaliter hō eſt capax remunerationis diuine qd eſt p̄ncipiū in his que credibilia tradunt. **U**n apls cū dixiſſet: **A**ccedentē ad deū optet credere: qd eſt: ſtatim ſubiunxit: **E**t inquirēt⁹ ſe remuneratoꝝ eſt. et ideo de anima humana circa formationē hoīs exp̄ſam ſcriptura fecit mētionē dicens: **S**pirauit in faciē eius ſpiraculū vt te **Gen. ij. b.** **D**e inuiſibilitate ergo nulla mētio fit in p̄ceſſu ſex dieꝝ: niſi t̄m de deo et de anima humana: quoz cognitio ſaltē enigmatica neceſſaria eſt cuiq̄q̄ fideli. vñ ſpūs dñi nō inconuenienter in h loco accipit p ipō deo: licet inuiſibilis ſit. **D**e alijs vero inuiſibilibus quoz cognitio nō eſt explicite neceſſaria oibus fidelib: ſicut eſt natura angelica: vel aer elementaris et hmoi: p̄termittit mentio exp̄ſa in hoc loco iā dicta. **S**i autē obijciat de primo mobili qd eſt inuiſibile: et t̄m ſm p̄dictā expoſitionē de eo ſit mētio: cū dicit: **S**uper faciē abyſſi vt dictū eſt. **D**icendū qd primū mobile ſatis eſt viſibile per ſuū effectū q̄ eſt mot⁹ diurn⁹ ſolis: et aliorū corporū celeſtiū. **N**otandū etiā qd aīq̄ expoſitores hebreoz notabiliſſime et copēdioſe expoſuerūt p̄dictū verbū/ **S**pūs dñi/ in illo libro q̄ dicit **Beſebeth** rabbaa. i. gen⁹ magnū: vbi ſic habet interrogatoꝝ: qd eſt qd dicit: **S**pūs dñi ferebat ſuper aquas: **A**d qd rōndet: nil aliud eſt: niſi ſpūt⁹ meſſie de q̄ legit: **R**equieſcet ſuper eum ſpūt⁹ dñi ſcꝝ **Eſa. xi. a.** **E**t q̄ dicto manifeſte dat intelligi qd ſpūt⁹ dñi/ hic intelligit ſpūt⁹ ſanctus qui eſt ſpūt⁹ meſſie: inq̄tum ſm catholicā veritatē p̄cedit a p̄re et filio: qui quidē filius eſt verus et b̄ndictus meſſias. **A**d quintū dicendū qd p hoc in h loco dicit: **F**erebat: nō debet intelligi aliqd paſſiois in ſpū dñi: nec hec dictio meraphet/ qd in hebraico in hoc loco ponit: eſt ſubum paſſiuū: ſed mere actiuū: ſignificans qd ſpūs dñi fouebat et viuificabat aquas/ ad ſimilitudinē galline cubantis: et vitalē virtutē his que fouent tribuentis: que quidē viuificatio in hoc loco intelligit per primū motū qui eſt p̄cipue viuificatiuus corporū naturalium vt dictū eſt: vñ ſimile ſubū omnino habet **Deute. xxxij. b.** vbi dicit: **S**icut aqua puocās ad volandū pullos ſuos et. que eſt p̄pria ſimilitudo ad p̄poſitū. **N**am ſicut auis mouet pullos ſuos ad volandū: et ſic eos fouet et viuificat: ſic deus primū mobile mouet ad viuificandas creaturas corporales: licet enī ſit aliqua intelligentia immediate mouens primū mobile/ de quo hic agit: t̄m prima cā et principalis huius motus deus eſt: in q̄ omnes creature viuunt mouent et ſunt: vt **Act. xvij. f.** **A**llegorice etiā ſequēdo p̄cordantiā antitiquoz hebreoz p̄dictaz: qd ſpūs dñi qui hic ſuper aquas ferebat/ exponit eſſe ſpū meſſie. de q̄ dicit **Eſa. xi. a.** **R**equieſcet ſuper eū ſpūs dñi vt dictū eſt: notabiliter dici poteſt qd ſicut ſpūs dñi viuificabat aquas. ſ. corpa naturalia/ vt dictū eſt: ſic idē ſpūt⁹ dat vitā ſpūalē per aquā baptiſmi: de q̄ **Joh. iij. a.** **N**iſi q̄s renat⁹ fuerit ex aq̄ et ſpūtū ſc̄to et. **S**equit in l̄ra: **D**ixit deus **F**iat lux. qualiter intelligat qd dicit: **De** dixit. **A**mbro. in hebra. declarat dicens: **N**ō p organa vocis: nec qd aerē iſtū quidā verborū ſtrepitus p̄beraret: ſed vt volūtatis ſue eternā cogitationem p̄deret in opationis effectu. **C**ontinuat autē p̄ductio lucis a p̄dicta ſic: nā cum p̄miſſa fuerat circa creationē corporalem multiplex inſormitas. vna. ſ. cū dicit: **Terra** aut erat inanis et vacua. **A**lia cum dicit: **Tenebre** erant ſuper faciē abyſſi. **C**onueniens ē fuit vt inſormitas tenebrarū primo remoueret p lucis p̄ductionē. **T**um quia lux eſt qualitas primi corpis. **T**um quia inter ceteras qualitates corpeas lux eſt ſpūaliſſima. vñ **Aug.** in li. de li. arbi. dicit qd lux in corporibus primū tenet locū. **T**um ppter cōmunitatē lucis in qua inferiora cū ſuperiorib: cōi cant. **S**ed que ſit iſta lux varie tradit a doctorib: **Q**uidā enī dicunt illā lucē fuiſſe quandā nubē lucidā que poſtmodum facta ſole in materiā piacentē redijt: vel adhuc remanet ſoli coniuncta imperceptibiliter: vñ ex illa nube formatū eſt corpus ſolis: q̄ quidē tres poſitiones nō ſolū ſunt impoſſibiles per rationē: vt in prima parte. q. lviij. arti. iij. in r̄ſione ad ſecundum argu. ſed etiam ex ſerie ſn̄e lfe nō videntur ſtare. **T**um qd lux ſignificat qualitatē t̄m: nubes autem lucida nō eſt lux: licet ſit corpus luſinoſum vel luminare et hmoi: ſicut album nō eſt albedo: vñ in tali lucide nubis p̄ductione/ debuiffet exprimi ſubſtantia eius

Nota

Ratio ad quā queſtionē

De dixit

Lux p̄ma


E aquarū nō formaliter sed effectiue in q̄tum habet virtutē can-
 sandi diuersitatē generationis ⁊ corruptionis ⁊ et cuiuscunq;
 alterationis seu mutatiōis: per accessum ⁊ recessum per diuer-
 sas stellarū seu constellationū influētias: vñ hoc firmamentū
 sic intellectū q̄si mediū inter p̄dictas aquas ⁊ quodāmodo par-
 ticipans vtriusq; similitudinē extremoz/ distinguit aquas ab
 aquis. Alij dō dicūt. s. q̄ firmamentū die sc̄da factū/ intelliga-
 tur illa pars aeris q̄ condensat in nubes: ⁊ dicit firmamentū
 p̄pter spissitudinē aeris in parte illa: sed q; hec expositio licz
 ab Aug. sup. Gen. cōmendat in q̄tum nihil dicit cōtra fidē: ⁊
 qd̄ p̄ponit p̄mpto documēto [credi pōt/ q; tñ remota videt a
 plantiori sensu l̄rali: s̄m quē tradit plane q; in q̄rta die posuit
 deus luminaria ⁊ stellas in firmamēto celi: idcirco p̄ma expo-
 sitio videt verior. **Q** aut sequit. **V**ocauit de⁹ firmamentū ce-
 lum: intelligendū est s̄m Ra. **D**oy. q̄vbi ista vocatio diei ha-
 bet: intelligendū est esse aliqd̄ aliud/ qd̄ hoc noīe p̄ncipali⁹ vo-
 cat: sed appropriat ad min⁹ p̄ncipale p̄pter vsum cōem homi-
 nū: sicut dies p̄ncipaliter dicit spatū. xiiij. horarū put ibi: **F**a-
 ctū est vespe ⁊ mane dies vnus: sed cōmuni⁹ in vsu latio lucis
 seu solis sup. terrā/ dies d̄r: vñ deus vocauit lucē diē. **S**imili-
 ter in hoc loco celū p̄ncipali⁹ significat oēs orbēs. s. nouē sphe-
 ras: ⁊ etiā empyrē ⁊ celos inferiores: prout ibi: **I**n p̄ncipio
 creauit deus celū: vt supra expositū est: sed cōmuni⁹ mō celū
 dicit sidereū tñ: ⁊ iō vocauit firmamentū celū. **S**imiliter non
 solū arida: sed totū terre elementū p̄ncipaliter dicit terrā: put
 ibi: **T**erra aut erat inanis ⁊ vacua: sed cōmuni⁹ mō loquēdi
 arida dicit terrā: ⁊ iō vocauit deus aridā terrā. **D**e ope ter-
 tie diei q̄lter intelligat hoc. **C**ōgregatio aquarū in vno loco
 nō modicā videt habere difficultatē. cū enī terra s̄m sue natu-
 re grauitatē absolutā vndiq; debeat esse aq; coopta: nō videt
 aliq; locus sup. terrā ad quē seu in quo aqua naturalr̄ sint con-
 gregate: sic vt terra discooperiet: ad quā difficultatē tollendā/
 diuersi varie scripserūt. **Q**uidā enī dicunt q; terra p̄bit aliq; p̄-
 tes cōcauas/ in q̄bus aque cōfluentes ad p̄tes terre/ que nūc
 est discooperata reciperent: sed hoc nō videt posse stare. **N**am
 elementū aque est multo rari⁹ q̄ terra: sicut ⁊ aer multo rari-
 or est aqua: vt patet ad sensum. nā modica q̄titas aque i vapo-
 rem aereū per opationē ignis resoluta/ multo maiorē q̄titatē
 aereā facit. **U**n quidā p̄bi dicūt elementū aque in decupla q̄ti-
 tate esse mai⁹ terra. **S**imilr̄ ⁊ elementū aeris in multo maio-
 ri p̄portione excedere q̄titatē elemēti aque: prout satis patet
 cōsideranti loca p̄ria elementoz/ que q̄tomagis recedunt a
 centro versus circūferentiā: tanto sunt multo maioris capaci-
 tatis. **N**ō ergo terra habz capacitātē recipiēdi in cōcauitatib⁹
 suis tātā q̄titatē aque q̄ta erat sup. totā terrā habitabilē: que
 est q̄rta pars fere tot⁹ orbis s̄m astronomos. **U**n alij dixerūt
 q; aqua añ eius cōgregationē erat valde nebulosa: q̄ post con-
 gregationē densata est: idcirco minorē occupat locū/ qd̄ etiam
 nō videt valere. **T**um q; l̄ra nō dicit: **C**ondensent aque: sed
 cōgregent. **T**um q; sensibiliter videm⁹ q; aque recepte in con-
 cauitatibus terre nō sunt magis cōdensate q̄ alie. **T**um q; q̄-
 titas elemēti aque semp̄ excedit q̄titatē elemēti terre: propter
 aque raritatē in magna p̄portione: vt dictū est. ⁊ sic idē incon-
 ueniēs sequit sicut p̄us. s. q; capacitas terre nō sufficit ad tantā
 aque q̄titatē in p̄cauitatibus suis recipiendā. **U**n aliter d̄r: ab
 alijs. s. q; aque in loco vbi nunc sunt cōgregate/ in maiorē sunt
 eleuate altitudinē. **N**ā vt dicit **B**asi. experimēto compertū est
 in mari rubro / mare esse altius terra: q̄ quidē r̄silio ad hoc nō
 totaliter videt sufficere. **T**um q; pluries in scriptura euntes
 ad mare descendere dicunt: sic in **P̄s.** cvj. c. **Q**ui descendit ma-
 re in nauib⁹. ⁊ **J**one. i. a. **D**e **J**ona eunte in mare dicit: **E**t de-
 scendēs **J**oppen inuenit nauē r̄c. **T**um q; aqua de sui natura
 cū sit fluida: nō pōt habere in se p̄tes montuosas. s. ceteris al-
 tiores: sicut in terra p̄pter sui soliditatē hoc cōtingit. **T**um q;
 rotunditas aque pōt demonstrari p̄physice: sicut ⁊ terre rotundī-
 tas/ qd̄ p̄t: nā q̄libet pars aq; habz equalē inclinationē natura-
 liter ad centrū: eleuatio etiā poli in diuersis partib⁹ maris. **S**i-
 militer ⁊ diuersitas in ortu ⁊ occasu solis ⁊ stellaz vniformiter
 se habz sicut in terra: ⁊ vbiq; sunt nauigātes in mari oceano
 seu mediterraneo: tpe trāquillitatis semp̄ vidēt hemispheria pla-
 na absq; mōtuositatē seu altitudine in aliq; sui p̄te: sicut sit i pla-
 nissima terra in qua nulli montes seu colles reperiunt: ⁊ ideo
 saluo semp̄ meliori iudicio: vltorius videt de hoc aliqd̄ dicen-
 dum. **P**ro quo attendendū est q; sicut terra s̄m astronomos ⁊
 p̄hos est in medio vniuersi tanq̄ eius centrū: ⁊ est rotunda seu
 spherica: cuius centrū est idem centro vniuersi: prout demon-
 stratiue probat in vtraq; scientia p̄dicta: sic elementū aque ra-
 tione pari de sui natura est rotundū seu sphericū: cuius centrū
 est idem in

Vocauit
de⁹ firma-
mentū celū

Quō aq̄e
cōgregate i
vno locum

Nota de
terra

est idem in sua p̄ma p̄ductione cum centro terre seu vniuersi: **S**
 sed oportuit terrā esse discooperatā ab aquis s̄m aliquas par-
 tes sui p̄pter necessitatē finis. s. p̄pter habitatiōē animalū
 ⁊ hmōi. **S**apientia autē diuina (que disponit oīa suauiter) sic
 disposuit: vt elementū aque seruādo suam rotunditatē natu-
 ralē haberet centrū separatū a centro terre et vniuersi: sicut
 s̄m astronomos qui motus siderū diligētē inuestigarūt: cen-
 trū quozundā orbū planetarū est separatū a centro vniuersi:
 vñ apud eos tales orbēs dicunt ecētrici seu egressē cuspidis
 vt in q̄rto **A**lmagesti: ⁊ in alijs locis illius libri pertractat.
Que quidē diuersitas seu distantia vtriusq; centri. s. terre et
 aque: ab inuicē sic a deo sunt disposita: vt inde sequerent q̄n-
 q; ad p̄positū p̄tinētia. **Q**uoz primū est/ q; licet sint multe cō-
 gregationes aquarū in diuersis locis: tñ oēs aque q; sub ce-
 lo sunt: sunt ad vñ locū cōgregate prout deus disposuit: nā
 q̄libet aqua habet equalē inclinationē ad centrū elemēti aq;
 sicut q̄libet ps terre ad centrū terre: ⁊ sic habet verus intelle-
 ctus illius qd̄ dicit: **C**ōgregent aq; ad locū vnū: hoc est dice-
 re: inclinēt aque oēs que sub celo sunt ad vñ locū. s. ad vñ
 centrū seorsum a centro terre: ad qd̄ centrū cōgregent aque
 sicut p̄tes terre ad centrū terre: que quidē cōgregatio verita-
 tē etiā habet in oibus cōgregationib⁹ aquarū siue in fluminib⁹
 bus: siue in stagnis siue i cisternis: ⁊ hmōi. **N**ā oēs aque vbi
 cunq; sint habēt inclinationē ad centrū aque ad qd̄ fluūt ces-
 sante impedimēto: sicut p̄tes terre etiā si sint in aere ⁊ extra
 terrā suspēse/ semp̄ habēt inclinationē ad suū centz. **S**ecūdū
 qd̄ sequit ex p̄dicta distātia est q; aqua nō totā cooperat ter-
 rā: sed aliquā p̄te dimittat discooperatā. put req̄rit talis distā-
 tia centroz ab inuicē: ⁊ de hoc dicit i l̄ra: **E**t appareat arida.
Sequit tertiū ex hmōi distātia centroz/ q; hec cōgregatio
 fuit a deo facta per certā legē seu dispositionē in gyro vallatē
 abyssos. s. multitudinē aquaz: put l̄ra sonat **P**rouerb. viij.
 c. **Q**uādo certa lege ⁊ gyro vallabat abyssos. **Q**uartū sequit
 ex p̄dicta distātia/ q; licz in ripa maris cōter terra ⁊ aqua
 sint eq̄lis altitudinis: tñ p̄cedendo in mari p̄ elongationē a
 terra: mare semp̄ est altius terra: vñ i **P̄s.** lxxij. a. **V**eni i al-
 titudinē maris: et intantū q̄nq; p̄cedit/ q; mare est altius q̄
 mōtes in terra: ⁊ sic intelligit illud **P̄s.** ciiij. a. **S**up montes
 stabūt aque: q; altiores sunt aque oceani: p̄sertim p̄cedendo
 versus mediū q̄ montes terre. **S**equit quintū ex p̄dicta di-
 stātia: q; incedētes per terrā ad mare descendentes debent
 dici sicut in auctoritate p̄allegata: ⁊ i alijs q̄ plurimis habet.
Similr̄ q; mare dicit esse seu fundari super terrā: prout legit
 in **P̄s.** xxij. a. **I**pse sup maria fundauit eū. **E**t vt p̄dicta cla-
 rius intelligant/ ponitur hec figura que representat hec ele-
 menta. s. terrā ⁊ aquā: tam prima eozum p̄ductione / q̄ post
 aque cōgregationē. **I**n qua figura licet corpus mathematicū
 ce consideratū non possit in superficie plene representari/ tamē
 satis sufficit recte imaginanti. **S**equit figura.



In hac figura sit. a. centrū terre quod est etiā centrum
 vniuersi: ⁊ sit spherā t̄re. b. d. g. e. sup centrū a. ⁊ sit sphe-
 ra aque ante.

Ara aque añ eius cōgregationē. m. n. o. super centrū. a. supradictū qđ est centrū vniuersi. **N**ā aq̄ ex sui primeua natura equali ter habebat circū dare terrā: cū q̄libet ps aq̄ eq̄liter haberet in clinationē ad centrū terre/qđ est centrū vniuersi. **D**isposuit autē de^o qđ hec sphaera aq̄ cōgregaret ad vnū locū: sic vt arida appareret. **S**it qđ sphaera aq̄ scđa. s. post hmoi iustione cōgregate vbi nāc ē scz. c. d. e. qđ dē sphaera ē eq̄lis p̄me sphaera aq̄ scz. m. n. o. **S**it etiā centrū sphaera aq̄ post ei^o cōgregationē. f. qđ est ecētri cū: vt dictū ē: eo qđ distat seu egredit a cētro. a. qđ est centrū vniuersi. **I**nterfecet qđ hec sphaera aq̄ sphaera terre in duob^o p̄ctis seu locis scz. d. e. **P**atet igit^o in hac figura p̄mū intētū. f. qđ oēs aq̄ vbiq̄q̄ fuerint sub celo: ad sphaera aq̄ sunt vtualiter cōgregate: et p̄ se q̄ns ad vnū locū. **N**ā quelibet aq̄ habet eq̄le incli nationē naturalē ad sphaera seu cētrum sui elemēti. f. aque: qđ est. f. etiā si sint separe in locis alijs: vbi ipediuntur ne possint fluere ad locū suū: sicut etiā ptes terre vbiq̄q̄ suspendant^o seu detineant ad sphaera terre seu ad centrū terre hnt inclinatioēz naturalē: et h est qđ d^r: **C**ongregent aq̄ ad vnū locū/vbi notāter d^r: **Q**ue sub celo sunt: ad excludendū aq̄s supiores: qđ nō intel ligunt sub hac ordinatione. **P**atet etiā in hac figura scđm in/ tentū. f. qđ aq̄ nō totā cooptat ē: sed aliquā ei^o pte dimittat di scooptā. nā arc^o. d. e. g. qđ est in sphaera frē/est discoopt^o ab aq̄s/ vt p̄z in hac figura: qđ p̄m cosmographos est fere q̄rta ps ter/ re ceteris p̄tib^o ipi^o terre remanētibus sub aq̄ cooptis: vñ nō/ tāter d^r: **C**ocauit deus aridā terrā/ad differentiā terre cooper te aq̄s/qđ nō d^r: arida. **P**atet etiā in hac figura tertū intētū. f. qđ hec congregatio fuit a deo facta p̄ certā legē seu institutionē qđ deus vallauit. i. circūmuniuit in gyro: h est in circūitu aby/ sos. f. aquarū multitudinē. nā p̄ gyrū seu p̄ circūitū sphericū scz c. d. e. vallauit totā multitudinē aq̄z vtualit^o: sic qđ q̄libet aqua que sub celo est/ad hunc gyrū ex certa lege diuina habeat incli nationē cōnaturalē: et sic habet ver^o sensus huius dicti. **C**erta lege et gyro vallabat abyssos. **S**ilr^o et huius: qđ d^r: **C**ircūdedi mari terminū suū et similitū. **P**atet etiā quartū intētū in hac figura. f. qđ h in ripa maris terra et aq̄ in eodē loco concurrūt: vtputa in. d. pcedendo tñ in mari p̄ elongationē a terra/mare sp̄ est altius terra: qđ sic p̄z: nā si pcedat a loco. d. in qđ concur rūt aq̄ et mare (vt dictū est) per elongationē a terra vsq̄ ad ali/ quē locū: vtputa locū. c. qui est in supficie maris: tunc. c. est lo/ cus altior qđ d. nā si p̄rahatur linea ab. a. qđ est centrū terre seu vniuersi vsq̄ ad. c. talis linea interfecabit supficie frē in ali/ qđ loco: et sit vbi ḡra in. b. et cū. a. d. z. a. b. sint equales: qđ proce dunt a centro ad circūferentiā: sequit^o qđ linea. a. c. est maior qđ linea. a. d. et p̄ n̄s. c. loc^o est altior. d. qđ magis accedit ad circū ferentiā vniuersi qđ d. **E**t qđ diametrū elemēti aq̄ est in magna quantitate/mal^o qđ diametrū terre: vtputa in decuplum/vt di/ ctū est: sequit^o qđ tñ posset. pcedi per elongationē a terra / qđ sit mare ibi alti^o qđ montes in terra: nam montes qđ tuncq̄ alti nullā p̄portionē pceptibile habēt p̄ cōparationē ad orbem ter/ re: vt patet in eclipsibus lunaribus in q̄bus ex q̄stitate vmbre a terra causate/cōmensuratur certitudinaliter q̄stitas eclipsis/ nulla mentione facta de vmbra montū/ratione p̄dicta. **I**dem etiā patet in cōmensuratione dierū et noctiū: in qđ nō sit aliqua mentio de altitudine montū/ac si esset terra sphaerica penitus: et sic intelligit illd^o ps. cii. a. **S**up mōtes stabūt aq̄. f. qđ alio res sunt aque oceani pcedendo versus mediū / qđ montes ter/ re. **S**equit^o quintū intētū. f. qđ incedentes p̄ terrā ad mare de scendere dicunt^o: sicut patet in auctoritate p̄allegata/ et in alijs qđ sic patet. nā assignetur aliquis locus in supficie terre disco/ opte citra ripā: et sit. g. et sic p̄rahāt linea a centro aque qđ est f. vsq̄ ad punctū. g. tunc talis linea interfecabit supficiez aq̄ in aliqđ loco: et sit vbi ḡra in puncto. b. et tunc constat qđ linea. f. g. est maior qđ linea. f. b. et p̄ n̄s locus. g. respectu. f. qđ est centrū aque/est altior qđ loc^o. d. vbi est ripa/vt patet manifeste: **E**t sic patet ratio q̄re aque vbiq̄q̄ ponant^o in terra naturaliter de/ scendendo fluunt ad mare/ nisi impediant^o: iuxta illud **E**ccl̄s. j. b. **O**mnia flumina intrant in mare. **E**t ex hoc sequitur qđ ince/ dentes p̄ terrā ad mare/descēdentes debent dici: vt supra alle/ gatum est: nā cōi modo lo q̄ndi/ loca terre a quib^o aque fluūt/di cunt superiora respectu locoz ad que fluunt. **P**atet etiā in hac figura qđ terra d^r fundari sup mare/ vt in **P**sal. xlii. a. **Q**uia ipe sup maria fūdauit eā. **T**erra enī habitabilis scz. d. g. e. sup elemētū aque fundat^o: altior enī est respectu. f. qđ est centrum aque: qđ tota sphaera aque post eius cōgregationē: et eadē ratio ne dicit esse terra sup flumina: nā flumina a terra descēdunt in mari/ vt dictū est tanq̄ a supiori loco ad inferiora. **E**x quibus bñ p̄sideratis pōt haberi ver^o intellect^o scripturaz: que de cōpa tione aque ad terrā quo ad sitū tractāt: que diuersimode ab ali/ quibus expo/

q̄bus expositoib^o exponunt. **P**atet etiā ex supradictis qđ ter/ rā esse discooptā p̄m aliquā partē ab aq̄s mō p̄dicto: nulli po/ test attribui/nisi p̄tati et ordinationi diuine: vt scriptura in mul tis locis testat. vñ **H**iere. v. e. **D**e qđ nō timebit/ ait dñs: et a facie mea nō delebitis: qđ posui arenā terminū mari. **E**x qđ p̄z h ptinere ad omnipotentā diuinā solū. **S**ilr^o et ad eius ineffa bilē p̄uidentiā/que disponens oīa suauiter: locū dedit aq̄s miro mō cōnaturalē/ne vltēr^o frā cooperirēt: iuxta illd^o **P**s. cii. b. **T**erminū posuisti quē nō trāsgredient^o/ nec p̄uertentur opire terrā/ et hoc est satis manifestū: nā h exiccatio supficie/ terre/aliqđ mō possit causari ex actiōe solis desiccatis et hmoi mutatio tñ seu separtio centri aque a loco sibi in prima produ ctione debito/ad aliū locū distantē: non pōt causari nisi a deo qđ solus est institutor nature. **I**n hoc enī qđ deus dixit: **C**ogre gent aq̄ et c. mō p̄dicto: dedit deus aliā naturalē inclinationē ab illa quā in p̄mordio habuerant/vt supra expositū est: et iō rōnabiliter hmoi congregatio aquaz fuit facta anteq̄ sol fie/ ret: vt innueret terrā esse discooptā/nō p̄ exiccatoēz solis (vt quidā erronee putāt) sed iustōe diuina. **I**dē patz ex mō lo q̄ndi di scripture in h loco. **N**ō enī dixit: desiccet aq̄ que sunt su/ per terram/vt appareat arida: sed dixit: **C**ogregentur aque. **Q**uanta autē sit distantia vniū cētri ab altero/valde difficile esset humanitus inuestigare: sed sufficit qđ tanta est distantia/ quāta req̄rit ad hoc vt p̄dicta inde seq̄nt: pōt etiā p̄babiliter opinari: non tñ certitudinaliter/qđ centrum aque elemēti sit idē cū ecētrico lune: eo qđ elemētum aque prout experimur/se quit motū lune p̄m fluxū et refluxū. **D**e opere quarte diei. **C**irca p̄ductionē luminariū et stellaz varie sūt opiniones: sicut et circa multa alia in hoc capitulo contenta: p̄m tñ expo/ sitionē quā sequar: luminaria et stelle fuerunt quarta die p̄du/ cta a deo per creationē in suis p̄p̄rijs et p̄fectis formis: quas formas sequitur p̄p̄rietas et vtutes que exprimunt in l̄ra: et alie que ibi nō sunt expresse/cum sacra l̄ra in hoc loco nō tra dat nisi illa que visui seu sensui hoīm cōiter subiacent: vt di/ ctū est. **H**uic enī sūte l̄ra valde consonat/cum dicit: **F**iant lu/ minaria/ eo mō qđ dixerat: **F**iat lux: non enī dixit: **P**roducant celi luminaria/vel nubes lucida p̄ducant solē: vel aliqđ hmoi/ in qđ denotent^o ip̄a fuisse ex aliquo facta: nec etiā dicit in eis esse aliqđ informe qđ p̄ficere/ sed simpliciter in primo eoz fie ri: explicat eoz p̄p̄rietas/vt l̄ra plane testat. **C**irca proprie/ tates autē eoz attendendū qđ nō oēs p̄p̄rietas luminariū et stellarū etiā sensibildū hic exprimunt: sed illa que humane vtilitati manifeste deseruiunt/ in quibus etiā differētia inter lucē prima die factā: et lucē luminariū innuit: vñ de p̄ma p̄ p̄rietas dicit: **D**iuident diē a nocte: in qđ oñdit quedā differē tia inter hac diuisionē diei et noctis: et illā de qua fit mentio in p̄ma die: nā ibi nō d^r: qđ lux diuideret inter diē et noctem: seu lucem a tenebris/ sed qđ deus diuidit: reo qđ illa lux non habe/ bat p̄riū motum de se: sed p̄ diffusionē et cōtractionē a deo fa ctā/dies diuidebat a nocte: vt dictū fuit p̄m **B**asi. sed lumina ria que habēt motū a se p̄m naturā a deo sibi collatā: proprie diuidūt inter diē et noctē: vñ dixit: **F**iat luminaria et c. vt diui/ dāt diē ac noctē. **E**t notandum qđ licet dies sit proprie latio so lis sup terrā: tamē q̄libet planeta et stella habet suū p̄riū diē scz cū ip̄a sup frā ferē/ et noctē ecōuerso: et iō nō simpliciter dicit de sole/vt diuidat diē ac noctē: sed etiā de oibus dicit vt diui/ dāt. **S**cđa p̄rietas est cū dicit: **S**int i signa: qđ cōiter exponi tur in q̄stū ex luminariibus celi accipit significatio pluuiosi tē/ poris vel sereni/que sunt apta diuersis negocijs: quod nō sic intelligendū est: vt p̄ luminaria et stellas cōiter accipiāt signa serenitatis: vel pluuię cuiuslibet t̄pis sequentis: qđ hoc ptinet ad astrologos: qui de his p̄renosticationibus intendunt: nō autē ad pplm rudē cui moyses loq̄bat. **E**t etiā ip̄i astrologi se pe fallūt in p̄renosticādo: sed hoc intelligi debet p̄m quādā generalitatē significandi: vt cum cognoscit qđ sole existente in parte septētrionali / seu in signis seu mēsis huiusmodi ca/ loz viget vt in pluribus/ et pluuię diminuūt: et ecōtra de me ridionalibus: et hoc cōmuniter intelligit a popularibus / qui cōiter dicūt talē mēsem esse calidū/ et talē t̄patū esse et hmoi: qđ veritatē habet in plurib^o: qđ quidē noticia est magne vtilitatis in cultura terre/vt est manifestū. **S**i autē intelligat p̄ hoc qđ d^r signa: qđ de hmoi luminariibus et stellis p̄nt accipi signa alioz euentū: talis intellect^o / et si forte aliqđ cōtineat veritatis: nō tñ p̄m p̄mā significatiōē l̄ralē: que de p̄maria significatiōe l̄re p̄m cōm modū intelligēdi accipit/ et de talib^o signis intel/ ligit illd^o **H**iere. x. a. **S**ignis celi nolite metuerē que gētes t̄ mēt. **E**t p̄z qđ hec p̄p̄rietas nō ptinebat ad lucē p̄ma die factā. **A**lia p̄p̄rietas luminariū ad vtilitatē hoīm exprimit/cū dicit: **T**ertia p̄/ prietas e iij vt sint in t̄pa

Primū intētū

Secūdū intētū

Tertiū intētū

Quartū intētū

Quintū intētū

Op^o arte dicit

Luminariū p̄p̄rietas

Nota de die

Secunda p̄p̄rietas

Tertia p̄/ prietas

Et ut sint in tpa. Pro quo attendendum quod non dicit ut sint in tps: ut sic intelligeret de tpe simpliciter sumpto: quod factum est cum primo motu in prima die: ut dicitur est / sed dicit in tpa: ut intelligat de vicissitudine tpm ex qua fastidium tollit / vñ in hymno: Et tpm das tpa ut alienes fastidium: et valitudo etiam cõseruat / et necessaria victui oriunt: ut ptz p experientia: quod etiam lune videt pertinere / que fm qtuor aspectus quos habz ad solẽ: diuersas influentias etiam sensibiles causat: vñ in Ps. cii. c. Fecit lunã in tpe. Alia pprietates ad vtilitatẽ hoim / est mẽsuratio duratiõis rerũ tpaliũ et negociõz: de quo dicit: Et in dies et annos. Per hoc enĩ qlibet duratio tpalis / mensurabilis est tã pterita q̃ futura fm certitudinẽ / vel saltẽ estimatiõnẽ: quod nõ p̃tinet ad lucẽ p̃ma die factã: p̃sertim cũ nõ durauit nisi p tres dies. Alia nõ pprietates maxime vtilitatis est: ut illuminent sup terrã / quod est necessariũ q̃tũ ad visum: q̃ est directiuus in opibus: et maxime vtilis est ad cognoscẽdas rerũ differẽtias: vt in .i. Metaph. qd nõ p̃tinebat ad lucẽ p̃ma die factã: q̃ nõ legitur illuminasse terrã / qz ex sui tenuitate nõ poterat ad h̃ attingere. Et ex hoc etiã sequit il lam lucẽ nõ habuisse alias vtilitates p̃dictas: q̃ oẽs pueniunt mediãte illuminatiõne luminariũ et stellarũ sup terrã. Et vt sum marie includeret alias pprietates luminariũ et stellarũ q̃ esseut quodãmo inenarrabilia dicit: vt p̃essent diei et nocti. s. p̃tãtẽ influẽdi suas pprias imp̃ssiões: vñ et in Ps. cxxv. b. de hac materia dicit: Solẽ in p̃tãtem diei: lunã et stellas in p̃tãtẽ noctis: qz mediãtibz radijs influũt: et iõ p̃tãtẽ diei p̃cipue attribuit soli: cuius radij in die ceteros obumbrãt: p̃tãtẽ nõ nocti / luce et stellis attribuit / q̃ de nocte clarius irradiãt. Et notãdũ qz

Quarta p' p'ietas

Quinta p' p'ietas

Phs pmo metaphy.

Nota

Moyses in h̃ loco causã p̃ductiõis luminariũ assignat solũ fm q̃ sunt facta ad vtilitatẽ hoim: vñ Deut. iij. c. de eis dicit: Que creauit dñs deus tuus in ministeriũ cunctis gentibz: s. ex hoc nõ tollit ip̃a fuisse facta. ppter totũ vniuersum: et finalit̃ ppter gloriã dei ad quã oia producta seu creata ordinant: vnde Proverb. xvi. a. Oia opatus est deus ppter semetip̃m. In eodem ca. i. Gen. vbi dicit in postilla. Maxime qz fm aliõs sc̃tõs doctores: Moyses r̃c.

Additio. ij. Licet verũ sit qd expositio bti Aug. in h̃ loco sit valde lõginã a plano lrali sensu: nõ tñ ex hoc qd moyses rudi p̃plo loq̃bat: q̃ sp̃alia cape nõ poterat: s. tñ corpalia: posset sumi rõ p̃ expositionẽ Aug. sed poti⁹ videt facere p̃ eo: qz pp̃ ruditatẽ ppli et p̃nitãtẽ ad idolatriã / optebat qd moyses de angelica natura et ei⁹ cognitione q̃si pabolice loq̃ret p̃ similitudinẽ vespe et mane r̃c. An sensus lre in h̃ loco fm Aug. si pp̃ie intelligat est parabolic⁹: q̃ sub sensu lrali p̃tinet: q̃ qdẽ mod⁹ exponẽdi necessari⁹ est et vtilis in multis locis sacre scripture: put supra in q̃stioẽ sup plogũ in rñsioẽ ad quartũ argumentũ plenius p̃tinet.

In eodem ca. i. vbi dicit i postilla: Dic q̃rit q̃re i sc̃da die nõ dicit: Et vidit deus qd esset bonũ r̃c.

Additio. iij. In hoc loco videt postillator a rectitudine in trib⁹ deuiare: qz pmo auctates doctoz nõ mediocrẽ auctoritatẽ inter catholicos habetũ irreuerẽter tractat. sc̃do qz irrõnabiliter dicta eoz ip̃robat. tertio qz expositiõis lralis auctoritatẽ / quã nri doctores pmo iuenerũt. Ra. Sa. hebreo attribuit. Primũ p̃z: nã rñsio quã ip̃e vocat triumphicã / e illi⁹ magni doctor⁹ Rabani q̃ in h̃ loco ad hãc q̃stionẽ sic rñdet: nisi forte sic qdã patz expositio nõ esse bonũ duplicẽ numerũ: q̃ ab vnitãte diuidit et p̃figurat federa nuptiarũ. An et in arca Noe oia aialia q̃ bina ingrediunt imũda sunt: et impar nũerus mũd⁹ esse oñdit: hec ille. Magister etiã in .ij. dist. xiiij. rñdens ad hanc q̃stionẽ sic dicit: Sacramentũ aliqd h̃ cõmẽdat: iõ eni fortasse nõ est h̃ dictũ / qd tñ sic i alijs factũ est: qz binari⁹ p̃ncipiũ est alteritat⁹ et signũ diuisionis ab vnitãte: hec ille. Non igit modica irreuerẽtia est tantozũ doctoz seu patrũ expositionẽ triumphicã vocare. Secũdũ p̃z: nã motiũ postillatoris ad reprobandũ hmõi expositionẽ doctoz / qd sumit ex hoc qd in sacro euãgelio binari⁹ nũerus est laudabilis: ad qd allegat Greg. sup Lucã. x. modici valoris e apud sane intelligẽtes. Cui⁹ rõ est: nã in expositiõibus mysticis: per vnã et eandẽ rem fm diuersas sui qlitates sepe opposita designant: sic et celũ empyreũ rõne splẽdoriz p ignẽ posset designari: vñ et ignẽ d̃z: infern⁹ aut qz deuoratiu⁹ est et maxime obfuscat: et de eo legit Job. xi. d. Deuorabit eũ ignis q̃ nõ succendit. Silt et de binario numero est dicendũ: qz si consideret put in eo rõ charitat⁹ pmo saluat: sic est laudabilis / et in bonũ sonat: et iõ binariũ itelligit isto mō Greg. sup Lucã. Inquantũ aut binarius numer⁹ ab vnitãte pmo descẽdit: p̃ncipiũ seu signũ diuisionis est: et p̃ p̃ns nõ bonã habz significatiõnẽ: et isto mō accipit a doctorib⁹ in h̃ loco: vñ p̃dictoz doctozum expositio

Culpat postillator in tribus

Raban⁹ cõmẽdat

Binari⁹ numer⁹

rum expositio: et si nõ sit lralis / tñ nõ est triumphica: sed vere expositio mystica: et ideo interposuerũt aduerbiũ dubitatiũ sc̃z forte seu fortasse: ad designandũ qd ex ea nõ p̃t sumi efficax argumentum: sicut nec ex alijs mysticis expositionibus.

Tertiu p̃z: nã rñsio lralis quã attribuit ip̃i Ra. Sa. inuenit p̃us in glo. nra vbi sic dicit. Vel iõ nõ addit: qz in hoc ope distinctio aquaz nõ est p̃fecta que in primo fit: vbi dicitur Congregent aque in locũ vnũ: et ideo ibi addẽdũ referuat: hec in Glo. potius igit erat attribuẽda auctoritas huic⁹ expositionis Glo. nre q̃ Ra. Sa. prout ostensum est in .iij. arti. q. superadde in prologo.

In eodẽ ca. i. vbi dicit in postilla: q̃ distinctio facta est p hoc qd aqua prius p̃ducta in forma substãtiali.

Additio. iij. est intelligẽda p densitatẽ aquarũ: nec p eaz receptionẽ in p̃cauitatib⁹ terre / put aliq̃ voluerũt: sed p aliũ modũ rõnabiliorẽ: put lra sonat: sicut plen⁹ in additiõne supradicta in ope tertie diei declarat: vide ibi.

In eodẽ ca. i. vbi dicit in postilla: Et ptulit terra / intelligit passiuẽ: qz p̃tute diuina actiuã ptulit r̃c.

Additio. v. Ex hoc qd diuina p̃tute terra ptulit herba: vñ Aug. in h̃ loco causaliter dictũ est p̃duxisse terrã herbam et lignũ. i. p̃ducendi accepisse virtutẽ.

In eodem Gen. ca. i. vbi dicit: Stelle autẽ fixe r̃c.

Additio. vi. Octaua sphaera vbi sunt .xij. signa et stelle fixe / motũ habet propriũ distinctum a motu firmamenti: qui quidẽ motus dicit apud astronomos motus accessus et recessus.

In eodẽ ca. i. vbi dicit in postilla: Nec valet qd p̃tra hoc obijcit frater Thomas r̃c.

Additio. vii. Si verba sancti Thome tractantis de luce in prima die producta in prima parte. q. lxvij. arti. vlt. in responsione ad secundũ argumentum recte intelligant: improbatio postillatoris nullũ habet locum: verba eni sua i hac materia loco allegato hec sunt in forma. Quidã dicũt lucẽ illã fuisse nubẽ quandã lucidã: q̃ postmodũ factõ sole in materiã p̃iacentẽ redijt: sed istud non est pueniẽs: quia scriptura in p̃ncipio Gen. cõmẽmorat institutionẽ nature que postmodũ p̃seuerat: vñ non debet dici qd aliquid tunc factũ fuerit qd post modicũ esse desierit: et ideo aliq̃ dicunt qd illa nubes lucida adhuc remanet: r̃c est cõiuncta soli vt ab eo discerni nõ possit / sed fm hoc illa nubes supflua remaneret: nihil autẽ est vacuũ in opibus dei: et iõ aliq̃ dicit qd ex illa nube formatũ est corp⁹ solis: sed hoc etiã dici nõ p̃t si ponat corp⁹ solis nõ esse de natura q̃tuor elemẽtoz: s. eẽ incorruptibile p naturã: qm fm hoc materia eius nõ p̃t esse sub alia forma: et ideo dicendũ r̃c. hec ille. Ex quib⁹ ṽbis manifeste patet qd sc̃tũs Tho. nõ improbat tertã positionẽ / que dicit solẽ esse factũ de illa nube lucida: p hoc qd in p̃ma rerũ p̃ductione nõ est dicendũ qd aliqd sit p̃ductũ satis cito corumpendũ: put postillator eidẽ imponit: sed sc̃tũs doctor ip̃robat hanc positionẽ p aliud mediũ et cõditionaliter. s. si ponat corpus solis esse incorruptibile p naturã: qz fm hoc materia eius nõ potuit esse sub forma nubis lucide / seu alia forma que cũq̃ distincta a forma solis que nunc est. Primã aut positionẽ q̃ dicebat illã nubẽ lucidã postmodũ factõ sole in materiã p̃iacentẽ redijisset: improbat sc̃tũs Tho. p hoc qd nõ est dicendũ qd aliqd in p̃ma rerũ p̃ductione sit p̃ductum satis cito corumpendũ / q̃ quidẽ improbatio est manifesta quo ad istã positionẽ primã: nã si nubes illa lucida in materiã p̃iacentẽ redijisset: certũ est ip̃am corruptã fuisse fm p̃fectã rõnem corruptionis: nõ eni trãsmutabat in melius. An in hoc loco videtur qd postillator aut nõ legit verba sancti Thome p̃dicta: aut voluit inuoluere sentẽtias ei⁹ vt eũ irrõnabiliter rep̃benderet. Et aut subijgit postillator de sc̃to Tho. qd incidit in illud qd improbat: eo qd in ope q̃nte diei dicit / qd aues et pisces facti sunt ex q̃tuor elementis r̃c. nihil rõnis videt cõtinere: nã sc̃tũs Tho. nõ ip̃robat qd ex aliq̃ natura in p̃ncipio Gen. cõmẽmorata fm aliqd sui p̃duceret aliq̃ alia natura: sic herbe vel plante ex terra: et aues et pisces ex aq̃ seu ex q̃tuor elementis / sed dicit esse incõueniens qd aliqd tunc factũ fuerit et postmodũ esse desierit. s. fm totũ: vtputa qd totũ elementũ aq̃ vel hmõi nunc p̃seueraret / sed post modicũ desineret esse: qd esset cõtra institutionẽ nature que p̃seuerãt est.

In eodẽ ca. i. vbi dicit i postilla: Dic q̃rit q̃re i sc̃da die nõ dicit: Et vidit deus qd esset bonũ r̃c.

Additio. viij. Dicendum est hic sicut supra sup illud verbum: Et protulit terra sc̃z qd ex hoc qd pisces

Octaua sphaera

De pma luce

Et hoc qd pisces et aues fuerunt pducti a deo actiue: no sequet qd no fuerint pducti ex elemētis actiue. Causa enī prima non semp excludit actionē causarū secundarū: vt dictū est.

In eodē ca. j. vbi dicitur in postilla: ex quo patet iudeos ce- cidisse in errorem saracenorum.

Additio. ix. Sicut inter christianos fuerunt aliqui iusmodi quoz errores no sunt imponēdi veris christianis: sic inter iudeos fuerūt aliq habētes erroneas opiniones/ q non approbant a iudeis cōiter: vñ licet in aliqbus opusculis eozū appareat q in alia vita sint corporales delectationes: cōitas tñ eoz hoc oīno respuit: est enī ptra illud Esa. lxxij. b. A seculo nō audierūt nec auribus pceperūt: oculus nō vidit deus absq te/ que pparasti expectātibus te. Et qbus verbis māifeste habet: q remunerat: o pparata iustis supat oēm sensum: vñ determi- natio cōmunis apud eos: prout Ra. Boyles dicit: q in alia vita nō est cibus/ nec potus/ nec actus venereoz: sed iusti dele- ctant ex splēdore diuīe grē. Quapropter attribuere istū erro- rem iudeis in cōi nō est vtile ad eoz reductionē: credunt enī q nos fingim⁹ mēdacia cōtra eos: qd nō modicū ipedimētū pre- stat ad hoc vt reddamur eis credibiles.

In eodem Beñ. ca. j. vbi dicitur in postilla: Imago autē dei consistit in anima zc.

Additio. x. et similitudine/ satis cōgrua est: et ponit a magro in. ij. dist. xvi. Sunt tñ aliq modi exponēdi vt ibidem habet/ quoz ratio differētie put in pma pte. q. xciij. arti. viij. pōt sic sumi: Nā similitudo aut p̄siderat vt pambulū ad imagi- nē inq̄tum est cōio: q̄ imago (oīs enī imago est similitudo et nō ecōtra) vel pōt considerari/ vt subsequēs ad imaginē inq̄tū significat quādā imaginis pfectionē. Dicit⁹ enī imaginē ali- cuius esse similitē ei cui⁹ est imago: inq̄tū pfecte respētat ipm: vñ similitudo si distinguat ab imagine: primo mō put est pre- ambula ad ipam: sic similitudo attendit p̄m ea que sunt cōmu- niora pprietatibus intellectualis nature: et p̄m hoc ad imagi- nem dei mens p̄tinet: p̄m Aug⁹ in libro. lxxij. questionū. Ce- tera autē hoīs. s. que p̄tinent ad partes inferiores anime: vel etiā ad ipm corpus/ ad similitudinē facta esse dicunt: si aut di- stinguant scdo mō. s. prout similitudo significat imaginis pfe- ctionē: sic habet locum expositio postillatoris.

Incipit tractat⁹ mgfi Mattheie doring ordinis mi- norū puincie Saxonie mīstri sacre theologie p̄fessoris clarissī mi: quē intitulauit Correctoriū corruptorij Burgensis in quo dicta postillatoris tutantur: respondēdo rationibus Burgen- sis et eius dicta optimis rationibus annihilando: vt patet dili- genter inspicienti.

Dest prologū suū Burgensis ad lram accedēs: dicit se velle aliq supponere ex qbus trahi debeat aliqd planū pro simpliciter capiētibus. Et hoc faciens in- uoluēdo snias/ circa primū capitulū replet totū vñū sexternū: et suis inuolutiōibus peroptime pensatis/ videri po- terit q primū capitulū remanet plus dubiū in multis/ q̄ expla- nata postillatoris expositione: in qua digressiōe reprehēdit ali- quādo postillatorē: pmo dicens q minus sufficiēter se habuit circa p̄cessum introductorij primū capituli: in eo q dicit intel- lectū opationis sex dierū dependere ex varietate opinionū de natura materie a p̄his positarū. Vbi dico q Burgēsis nō be- ne reprehēdit postillatorē: nam postillator dicit duas solēnes expositiones lrales doctoz esse/ que p̄cedunt varie p̄m opinio- nes varias de natura materie a p̄his positas: et excludit admī- rationē eozū qui egrefferre possent eum dicta p̄hoz opinabilia tractare in expositione lrali dicēs: Ex illarū ptractatiōe depen- det intellectus opis sex dierū/ nō directe et per se / sed inq̄tum exponit varie a diuersis. Non igit vult q sensus lralis sit su- mendus ex opinionib⁹ p̄hoz/ sed q videri possit/ que doctorū expositio innixa et fundata sup hmoi/ sit rōnabilior et sensui lra- li p̄pinqoz: nō igit incōueniēter dictū vt putat Burgēñ. Ra- tiones igit sue reprehētionis nō valēt: nō p̄ma: qz ex diuersita- te opinionū nō sumit sensum scripture/ sed solū inq̄rit ex eis q sentētia doctoz sit aptior/ nec scda: qz articulū creationis nō in- quirir ex p̄fatis opinionib⁹: sed cōuenientiā expositionū addu- ctarū: intendit enī solū expositionū varietatē et obscuritatē de- clarare: a quo etiā ipse Burgēñ. nō abstinet si respēnsibile est: nā diuersitatē inter beatū Aug⁹. et Ambro. sumi de informita- te materie ptractat in solutione p̄me q̄stionis quā mouet/ qua- re. s. scriptū nō sit: fiat terra/ sicut fiat lux zc. Nec puto sine in- tellectu

tellectu opinionū de natura materie expositōez Bede: Stra- bi: Linconēsis: et ceterozū de prima forma corporali quicq̄ posse intelligere: q̄uis ad verum sensum lralem hui⁹ passus/ etiam sine eoz expositione quis possit peruenire. Itē eadem digressiōe improbat Burgēñ. rationes per postillatorē ad- ductas/ ad ostendendū aggressiōes aquaz in vnum locū vt apparet arida: videlicet condensatiōē elemēti aque: et re- ceptiōē multarū partium eius in cōcauitatibus terre: quas rationes improbando Burgēñ. improbat/ nō modo postilla- torem sed et beatū Aug⁹. qui asserit has rationes sup Beñ. ca. xij. Sicq̄ Burgēñ. ad reuerentiā sanctorū nō respicit qd supra in postillatore valde reprehēdit: sed frustra vt patet in correctorio. vi. arti. q. p̄ambule. Rationes nāq̄ ipius Bur- gēñ. ptra beatū Aug⁹. et postillatorē modice sunt apparētē: nam prima fundat super falsa imaginatione quasi tota ratio siccitatis terre/ sit receptio aque in p̄cauitatibus terre: qd sal- sum est/ sed ex cōdensatiōe eius facta est/ cum in p̄ma creatio- ne aqua fuisset rara ad modum nebule: et ex multis pugillis nebule factus est vnus pugillus aque: sicut patet ad sensum. Sicq̄ cōdensatiōe facta/ pars recepta est in cōcauitatib⁹ ter- re: et ille sunt due cause partiales siccitatis terre: vt vult bea- Aug⁹. vbi. s. Nec secunda ratio Burgēñ. valet cum dicit in lra dicit: Congregatiō aque/ nō condensatiō: nam cōgregatiō simul et condensatiō est partium p̄pinqoz positiō: et ita illa difficultas potius est vocalis q̄ realis. Similitē qd tertio ad- ducit: fundat super falsa imaginatione: imaginatur enī q aque in terra recepte sint densiores: quod verū nō est q̄tum est de ratione aque: quia toto elemento p̄densato/ pars eius vna recepta est in terre viscerib⁹. Et per ea que dicta sunt pa- tet q non valet illud quod quarto adducit: quia condensatiō et receptiō sunt ambe cause partiales ad vnum effectum ariditatis terre. P̄ter has potior ratio ariditatis huius po- test addi diuina voluntas/ que legem posuit aquis ne transi- rent fines suos. Item in eadem digressiōe/ reiectis modis dicēdi beati Aug⁹. et aliorū: Burgēñ. imaginat aquā que in p̄ncipio creationis fuit cōcentrica terre et vniuerso: factam ecentricā terre et concentricā lune: vt apparere posset arida: sed q̄q̄ sua imaginatiō sit valde inuoluta: ad sensum tamē lit- teralem modicū conferre videtur: nec fundat eam sup aliqua auctoritate sacri canonis/ sanctorum doctorum/ vel alicuius philosophi. Et multa huic imaginationi contingunt inconue- niētia. Primū quia p̄m illam et aer et ignis ponerent necessa- rio elementa ecentrica: per egressiōē enim aque necesse est aerem egredi: cum nō habeat in sua sphaera soliditatem resi- stendi: et idem arguitur de sphaera ignis. Secūdum: quia sic ordo elementozum a prima creatione institutus: et inclinatio naturalis ad centrum vniuersi om̄ibus elementis indita p̄m beatū Aug⁹. et ipsummet Burgēñ. cito cessassent: quod est contra Burgēñ. et suum magistrum precipuum sanctū Tho- qui ideo reputat inconueniens lucem prima die factam/ sole facto quarto die rediisse in p̄iacentē materiam: quasi in pri- ma rerum productione aliquid fuerit productum/ satis cito corrumpendum: vt patet prima parte questi. lxxij. articuli. vlti- mo in responsiōe ad secundū argumentū. Nec videat mo- dicum incōueniens ordinē illum quo ad naturā elemētarem specialiter aque fore corruptum/ cum multi ponderis sit ordo ille: in quo etiam feda in se viderent pulchra et valde bona: vt inquit beatus Aug⁹. iij. sup Beñ. circa finē. Tertiu: quia sic videretur natura aque corrupta. Proprijs enim passiōi- bus et naturalibus inclinatiōibus immutatis/ necesse est na- turam immutari: cessante enim inclinatiōe motus sui ad cen- trum vniuersi: iam cessaret esse grauis: cessante grauitate ces- saret esse frigida et humida: et per consequens cessaret esse aqua: nec valet instantia de aqua que est supra firmamētum que non est mobilis ad centrum: quia p̄m Burgēñ. in eadem digressiōe/ illa dicit quasi equiuoce aqua per quandā analo- giam ratione diaphaneitatis: nō ratione grauitatis. Est enī appetitus naturalis grauis motus ad centrum intrinsecus et naturalis: vt docet beatus Aug⁹. iij. super Beñ. ca. ix. pro- pter hec et alia multa: imaginatiō sua nō videtur posse stare: sed et mirum est q nullus philosophozū (qui de naturis re- rum et earum connexione multa scripserunt) huiusmodi ecent- ricitatē videre nō potuerit: quia de huiusmodi nulla scripta reliquerunt: et manifestum signum q sphaera aque nō sit ecent- trica: sed potius terre et vniuerso concentrica videtur esse ta- le: quia cessante lege quam deus posuit aquis/ et gyro vallan- te abyssos: aqua naturaliter aridā absorberet: vt patz in dilu- uio: de quo ca. viij. infra vbi etiam Burgēñ. sibipsi conditio e v nem dicit

Ratio ari- ditatis t̄re
Imagina- tio burgen- improbat.

Parabola

Uersus

Postilla
tor defedit

Ene dicit: cum aq sit naturaliter fluida optet q tpe diluuij orbicu- lariter se habuerit circa centruz. i. terrā. Congregationis igit aqz vt appareret arida (put supra dictū est) principalis causa est diuina volūtas: que terminū posuit aqs / ne trāsirent fines suos: nec aq p positionē talis legis detinet violēter: qz quis illa detentio sit contra inclinationem naturalē grauis ad cen- trū / nō tñ obediētialem: s̄m quā deus pōt facere qdlibet ex q̄li- bet. ¶ Itē in eodē ca. **Burgē.** querens occasionē cōt: a postil- latozē: dicit eū recedere a b̄to **Aug.** in hoc q dicit ad litteram per celū non intelligi angelicam naturam: vbi dico q nec b̄tus **Aug.** ad l̄fam sic videtur exponere: sed q **Burgē.** p̄icit talem actionē esse pabolicā / nō videt verū: nā s̄m **Britonē** para- bola differt a metaphora z paradygma: qz s̄m **Donatū** vt eū allegat **Brito:** Parabola est rerū genere differentiū compara- tio: z sic ponit semen pro v̄bo dei/leo p christo zc. In pposito b̄tus **Aug.** qz talē cōpationē exponēdo nō facit vt videt: non est expositio ei cōpabolica q solū hz locū in his vbi res signifi- cant nō voces ad auctoris intentū: et in illo casu parabolica sensus nō cōtinet sub l̄fali/ sed est vere l̄falis: qz a sp̄sctō intē- tus: imo sensus pabolarū s̄m significationem vocum sepe fal- sus est: vt p̄z **Judic.** ix. b. de lignis in p̄siliū pueniētibus / z de electione regis lo q̄ntibus: z sic de alijs passib̄ sacre scripture. Ex q bene inferē q **Burgē.** in primo articulo sue q̄stionis p̄e ambule: nō ponit sufficienter adeq̄taz rōnem sensus l̄falis: cū dicit q adeq̄te sit ille q a deo intendit / z p voces in l̄fa cōten- tas significat. Debit enī addere p̄ter p̄missa aut p res voci bus exp̄ssas significat / z hic est vere pabolicus: q̄lis nō appa- ret sensus b̄ti **Aug.** de q sermo p̄sens. Postillatoz igit verū dixit expositionē b̄ti **Aug.** nō esse litteralē / nec p hoc recedit a b̄to **Aug.** cuius expositio pot̄ videt allegorica q̄ parabolī- ca / qz ex alio aliud intelligit. Ex celo ad litterā angelus p alle- goricā: vt p̄z in **Glo.** ordi. in p̄ncipio. s̄ q̄ttuoz sunt regule: cū etiā natura angelica z eius cognitio matutina aut vespertina sint a sensu n̄o valde remotē: iō cadere vident sub fide: iuxta vulgatum vt d̄r: fides est credere qd nō vides. Sicqz ad alle- goricā eius expositio pertinet iuxta cōe dictū. Ra gesta docet qd credas allegoria zc. Huic igit expositioni postillatoz non cōtradicit / sed eā q̄si nō litteralē dimittit: sic z ipemet **Burgē.** ¶ Itē in eodē ca. vbi postillatoz mota q̄stione: quare scda die facta non dicunt bona sicut alijs dieb̄: tres r̄siones adducit / quaz p̄mā dicit truphaticā: scdam abijcit tanq̄ nō fundatam: tertiā approbat a **Ra. Sa.** acceptā: in quo passu **Burgē.** dicit eū in trib̄ deuiare a rectitudinē: qz rationē sanctorū irreuerē- ter dicit truphaticā: scdo qz contra eos nō adducit validam ra- tionē. tertio qz veram responsionē attribuit infideli: q tamē in n̄ra glo. p̄tinet: cui pot̄ debuit honorē exhibere. ¶ Quo ad p̄mā respondeo q postillatoz non truphā de sc̄tis doctoribus s̄z impitis lectorib̄: q id p sensu litterali eligūt: qd sc̄ti mystice p q̄sdā p̄ticulares congruentias adducūt: vt patet in multis le- cturis super **Ben.** ¶ Quo ad scdm dico q ratio postillatoz valida est ad pbandū q binarius nō est generaliter infamis: qz etiā laudabilis in scriptura reperit. Est igit illa rō sanctorū fundata super quibusdā incōgruentijs binarij / nō sup ratione eius essentiali: quia alias omnis binarius esset infamis: qd ef- ficaciter improbat ratio postillatoz. ¶ Quo ad tertiā ratio litteralis quā postillatoz sumit a **Ra. Sa.** nō est in glo. n̄ra: vt **Burgē.** dicit: sed glo. videt sentire oppositū illi rōnis l̄falis. d̄r enī in glo. allegante **Bedā** sup illo v̄bo: Et vidit deus zc. Mōdum terra germinabat / nec aqua animantia viuia produxe- rat / z tñ d̄r deus videre q esset bonum cedentibus aquis ap- paruisse aridā: quia vniuersitatis estimatoz p̄uidens q̄ sunt futura / quasi iam p̄fecta laudat: que adhuc in primo operis ex- ordio sunt: quia apud eum rerū p̄fectio nō in consummatione est operis / sed in p̄destinatione volūtat̄is. Nec glo. **Si Bur- gen.** z nobis cōis est **Glo.** ordinaria: mirū est qd obijcit cū ipa glo. ponat ad questionē p̄dictā hanc primā rationē nō tertiam. put **Burgen.** fingit. ¶ Itē in eodē ca. cum d̄r: Protulit terra herbā zc. Postillatoz dicit intelligendū esse passiue: qz actiue a solo deo hec virtus germinandi fuit. Cōtra quod **Burgen.** adducit b̄m **Aug.** dicentē: Causaliter dictum est produxisse terrā / herbam / lignū zc. i. ad producendū accepisse virtutem. Ex q dicto arguit **Burgen.** terrā etiā actiue p̄tulisse ibi in l̄fa enumerata: sed non videtur **Burgen.** b̄n inferre ex dicto beati **Aug.** qz illa enumerata in l̄fa sunt subito producta in esse per- fecto: qz herbe habentes semen / z lignū h̄ns fructū / in quibus modis producendū / creatura nō potest actiue concurrere: quia deus sic res condidit vt eas proprios motus habere sinat: p̄ prius aut mot̄ creaturaz nō est subitus / nec ad terminū primo perfectum: sed

